



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Bona animae uita aeterna erunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANAM

Quem diabolus in cursu prae-
uicte non decipit, in nouissimis sup-
plantare disponit. Et B. Bernardus
ait. Laborat diabolus ad subuersio-
nem hominis maxime in principio, &
in fine. In principio quia modicam
radicem habet, in fine quia multa bo-
na ei aufert.

Bern.

*Bona anime in uita eterna
erunt quinque.*

Et, 51,

Primū erit inenarrabilis letitia
de qua letitia Esaias loquens ait.
Et nūc qui redēpti sunt a domi-
no reuertentur, & ueniet in Syon lau-
dātes, & letitia sempiterna super capi-
ta eorum. Gaudium & letitiam tene-
bunt, fugiet dolor, & gemitus. Vnde
de Augustinus ait. Cui comparata
omnis aliunde iucunditas meror est,
omnis suauitas dolor est, omne dulce
amarum, omne decus sedum, pos-
tremo quodcunque delectare pos-
sit, molestum. Secundum plena uo-
luntatis efficacia. Vnde Dauid dice-
bat. Desiderium cordis eius tribuisti
ei, & uoluntatem labiorum eius non
fraudasti, &c. Et Augustinus sanctus
ait. Qui hoc bono fruētur, quid erit
ei, & quid non erit? erit quicquid

Auguf.

Pfal. 20,

Auguf.

uoler, & quicquid nollet, non erit
Et Bernardus. Quicquid desiderabi-
mus totum uidebimus, & habebi-
mus, nihil amplius desiderantes. Nil
deest (inquit Grego.) in illo gaudio
celesti, nil obest, nil superfluit, nil ex-
terius quod appetatur, nil interius
quod fastidiatur. Ob hoc dicebat
Psaltes. Satiabor cum apparuerit glo-
ria tua. Tertium charitatis abundan-
tia, sicuti ait Gregorius. Propter
magnam charitatem hereditas illa om-
nibus una est, & singulis tota. Et
pater similiter Augustinus dicit. Illa
ciuitas magnum bonum in se uide-
bit, quod nulli superiori nullus infe-
rior inuidebit. Quartum, quod im-
perterrita conscientia absque pauore
habitabit in celo. Quintum erit in-
comparabilis honoris gloria, ueluti
inquit Dauid. Gloria, & honore co-
ronasti eum domine. Et Augustinus.
Vera gloria ibi erit, ubi nec laudan-
tis errore, quisquam nec adulatione
laudabitur.

*Bona corporum in uita aeterna
sunt quinque.*

Primum, Incomparabilis clari-
tas, unde apud Matthæum legi-
tur. Fulgebunt iusti sicut Sol in

Bern.

Grego.

Psal. 16

Grego.

August.

August.

August.

Mat. 13



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN